

Exercitatio Tertia.

quodq; distinguuntur [quorum ruber ad Bisextilem & niger ad Communem annum ad-
plicandus] quibus nimirum diebus mensium ista festiuitates sint celebranda. Sequen-
tibus columnellis annorum Bisextilium & Communium nulla notationis differentia occur-
rit, quae ideo vulgari modo explicanda sunt.

Exemplis haec sunt clariora. Ut anno 1585. per priora super nouum Calendarium
xxviii Epactalis N. Embolimai anni [quia rubrica notatur] ex Aureo N. 9. con-
stante, atq; F. Dominicali ex cyclo 298. inquisita ostenduntur: Cum N. xxviii in-
ter septenarios illius, ultimus cum F. nigra Communis anni quadrat, qui ambo extant
in linea 31. Ubi adscribuntur 9. septimanae atq; quinq; dies concurrentes Interualli mi-
noris, a natali Christi usq; ad Dominicam Esto mihi. Et porro in altera parte, e regio-
ne huius termini Calendarie Ianuarij die 7. Instantes, Trium regum die 6. cum consequen-
tibus quinq; Dominicis usq; ad Lxx. Et Dominica Lxx. Februarij 17. nigro colore annu-
ciantur. Et reliqua, quae per se clara intelliguntur, sequenti ordine nobis in aspectu ue-
niunt. Iuxta Vetus Calendarium 9. Aureus N. cum C. Dominicali in linea 21. inui-
cem respondent, ubi Interuallum minus 8. septimanarum & 2. dierum exhibetur, Et
calendarie Ianuarij die 7. Trium regum die 6. cum quatuor Dominicis seqq. 7. Febr. Lxx.
21. Febr. Esto mihi offeruntur &c. Pascha vero 11. Aprilis hic in Veteri, sed 21. die e-
iusdem in Nouo Calendario, uno eodemq; instante die, determinatur. Causa eiusdem
incidentiae est: quod in Vtroq; Calendario xiiii & primo mense Lenaei siue aequinocti-
alij hoc anno spectatur: deinde in Veteri tam pristinus locus in 7. quam correctus in 4.
postridiano die Aprilis, propter C. presentem Dominicalem, errorem notationis parere
non possit. Superiori anno 1584. ab Aureo N. 8. Epactalis xviii & a 297. cy-
clo 2. A. G. duplex Dominicalis annotatur: quae in tabula C. in linea undecima cor-
respondentis reperiuntur: Unde ruber color 7. septimanas 0. diem Interualli minoris in
nouo Calendario adsignat, & e regione consequentis lineae Pascha in 1. Aprilis [qui est
22. Martij Veteris Calendarij] reuertit. In Veteri autem Calendario idem Aureus N. 8.
conferendus cum E. D. Dominicalibus, ex 25. cyclo 2. collectis, qui congregantur line-
a 29. in Tab. C. cum Interuallo minore 9. Septimanarum atq; 4. dierum. Et porro in hu-
ius consequentia 19. Aprilis [qui est 29. dies eiusdem mensis in nouo Calend.] Pascha hu-
ius Calendarij falso & consignatur & celebratur. Hinc & 29. Aprilis noui, sicut
22. Martij & 19. Aprilis Veteris Calendarij, spacio integri mensis siue 4. septimanarum
disponuntur. Error hic duplex in Veteri Calendario animaduertitur: prior, quod Lenaei
iuxta fictum Aequinoctium in 21. Martij Veteris Calendarij attenditur, unde secunda
pro prima Vernali adsciscitur: posterior, quod xiiii & in 18. Aprilis, ubi non extat,
querimus, Quamuis haec positis per se hoc loco nihil moueat, etiam si in quadriduo de-
retroageretur. In nouo autem Calendario Epactalis xviii iuxta 26. Martij primum
Plexilunium post Aequinoctium ostendit, Hinc G. Dominicalis descendens in cal. Apri-
lis diem pascalem a prima & Verna, certiorum ac indubitatum definit.

Pascha Veteris Testamenti plurimum ab Epactalis siue noui siue Veteris Calen-
darii examinari ibidem possunt. Ut primum Aegyptiacum sua xiiii & mensis Nisan
anno 1517. ante N. Christum die 29. Martij Veteris uel 15. Martij noui Calendarij, iux-
ta Computum Hebraeorum ex transmutatione, contigit. Hanc probabimus an fuerit Aegyp-
tialis alia quaedam &. Per Canonem generalem in prima Expositione superna, si